



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

perinde ac si iudicium aliquod contra illos factum non fuisset, prout uerè factum non censetur, ut per Inno. & Host. in c. dilecto. de except. & alios ibi: & facit dictum Host. in c. pastoralis. de rescrip. & hæc omnia in terminis sunt de mente Dominorum de Rota. in dec. 4. 19. si impetretur &c. in nouis. At in casu, de quo agitur, citatio facta fuit generaliter, & commissa contra omnes, & singulos sub cura dictæ ecclesiæ S. Felicis degentes, ibiq; coloniam exercere, ac illos, quorum interesse posset, & nullus particularis homo comparuit, ergo quod ad illos particulares citatio nihil potuit operari, nec illius uirtute contra eos procedi, nec iudicari per prædicta, ad quæ faciunt ea, quæ uoluit Bal. in auth. sed cum testator. C. ad l. Falc. §. quando agitur de interesse singulorum, citatio debet esse singularis cum expressione nominatim citandorum, quæ uerò de interesse uniuersorum, sufficit citatio uniuersaliter facta. Similiter si agatur de præiudicio collegij, citatio debet esse collegialis. Itē §. qñ agitur de præiudicio tertij, sufficit generalis citatio facta de his, quorum interesset, & operabitur, ut dictum fuit supra, & facit tex. in l. 2. ff. ex qui. cau. in poss. ea. Et finquit et Bal. in d. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uoc. q. si rescriptum sit impetratum contra homines talis loci, singuli, & non uniuersi sunt citandi: facit et tex. in d. c. 2. de rescrip. in 6. & ibi Archi. in fin. 2. col. Spec. in ti. de citatione. §. 1. in 3. col. Præterea ex forma rescripti, quæ est oīno seruanda. c. cum dilecta. de rescrip. cum alijs, ipsi hoīes soluere recusantes, omnesq; alij aduersarij præfati Do. Rectoris erant in decreto, uel executione citationis nominadi, ut in rescripto hñ, quæ forma quod ad hoīes particulares dicti communis S. Felicis non fuit obseruata, ergo quod ad illos processus, & citatio fuerunt nullius momenti. d. c. cum dilecta. & per Alex. & alios in l. j. ff. de libe. & posthu. Nam, ut ex inspectione processus colligitur, expressè, & spālter facta fuit citatio de massario, & communi, & hoībus, ut uniuersis, ut in libello, & in citationibus apparet. Et noīe dicti communis, massarij, & dictorum hoīum communis, & sic uniuersorū comparuit syndicus, §. qui ab uniuersitate dñi constituitur, ut in l. j. §. quibus. cum seq. & seq. & per totum. ff. quod cuiusq. uniuers. no. c. 1. & ibi gl. & scrib. extra de syndico. & cum dicto syndico duntaxat fuit processum, adeo q. potest dici iudicium, & illius processus quod ad commune, massarium, & hoīes, ut uniuersos dicti communis ualere, & uirtute illius posse sententiam absolutoriam, uel condemnatoriam ferri, quæ ualebit, & effectum rei iudicatæ habebit. d. l. prolatā. cum ibi not. per Bar. C. de sent. & interlo. omni. iud. & hñ in c. qñ contra. circa si. de prob. cum sim. ¶ An aut contra commune, & homines uniuersos dicti loci ferenda sit sententia condemnatoria, uel absolutoria, quæ ius inter ipsas partes faciat: concludo, ut et supra dictum fuit, q. ex quo non fuit probatum, q. commune, & uniuersitas dicti loci habuerit prædia aliqua, & possessiones, quæ sint ipsius communis, seu ad dictū commune, & homines uniuersos dictæ uniuersitatis pertineat, & consequenter dictum commune, & homines fructus non perceperint ex colonia bonorum ipsius communis, nec et sit probatum, q. commune, massarius, & homines uniuersi illius soluerint aliquo tempore dictæ ecclesiæ primitias: sequitur, quod ipsum commune, massarius, & homines, ac ipsorū syndicus condemnari non debent, neq. possunt, sed diffinituè absolui, quæ sententia si in rem iudicatā tranfibit, de cætero super dictis primitijs commune, massarius, & homines uniuersi dicti loci cōueniri, & molestari à Rectoribus dictæ ecclesiæ non poterunt, quoniam quod ad eos omne ius ecclesiæ deductum fuit,

iuxta ea, quæ hñr per Bar. in d. l. prolatam. C. de sent. & d. c. quoniam contra. ibiq; gl. & Doct. circa si. Et ex prædictis infero, §. quod quod ad homines particulares, & singulares dicti loci, qui soliti sunt primitias soluere, & coloniam exercere, aliqua sententia diffinitiuæ ferri non potest, quia cum illis nullus fuit factus processus, nec ipsi fuerunt citati, nec in iudicio aliquo mō spālter nominati, nec cum illis lis fuit contestata, per quam inter litigantes quali contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. Et ideo ad probationes contra eos deueniri non potuit, ut in rubro, & nigro. ext. ut lit. non conte. gl. in auth. si quis. C. de testib. & minus ad sententiam diffinitiuam, ad quam deuenitur mediante contestatione litis, ac tela iudiciaria. d. cap. qñ contra. d. l. prolatam. cum ubique nota. c. 1. cū ibi not. de lit. contest. cum sim. Videtur ergo dicendum, quod dicti homines singuli, & particulares, qui generaliter fuerunt citati, & contra quos generaliter fuit impetratum rescriptum, & porrecta petitio, ut supra, & processum per Rectorem, seu eius Procuratorem, debeat à iudice absolui ab obseruatione præsentis iudicij, saluo tamen, & reseruatō iure agendi dicto Rectori in alio iudicio contra dictos homines particulares super assertis decimis, & primitijs: ipse tamen Rector, seu illius procurator eius nomine in expensis factis in hoc iudicio per commune, & homines uniuersos dicti communis ipsi syndico nomine dicti communis erit condemnandus, quia uictus uictori in expensis in lite factis condemnari debet, cum nō addit causa aliqua iusta excusandi dictum Rectorem à solutione illarum. gl. in uer. solo. in §. oportet. in auth. de iudic. Bal. in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iud. & ibi Bar. & alij. c. finem. de dol. & contu. Similiter si quas expensas ipsi homines particulares fecerint, in illis Rector esset condemnandus ex ipsdē iuribus, sed ex quo nullus particularis ex dictis hominibus comparuit, nec contra aliquem eorum potest dici processum, nō possunt dicti homines particulares prætere aliquid expensas, in quibus Rector possit condemnari. Et quod absolutio ab obseruatione iudicij, quæ non tollit ius agendi in alia instantia, ut per Bal. in l. properandum. §. sin autem reus. in 2. col. C. de iud. & per Bar. in l. Iulianus. uerf. qñq. quis ab obseruatione &c. ff. de cond. inde. cum sim. in casu nostro ad fauorem hominum particularium ferri possit, colligitur ex uerbis Bar. in l. iustitiam, & ad pecunias. §. cum res. ff. de iureiur. qui dicit, fillam posse ferri, qñ processui obstat exceptio legitima, ac et ex ijs, que uoluit Bar. in d. l. properandum. §. & siquidem. & Pau. de Ca. in l. oratione. ff. de fer. qui dicunt eam posse ferri, quando contra cōuentos nihil fuit probatum, prout in casu nostro contingit, ut ex prædictis apparet. Et ex his inferri potest ad determinationem ultimi quæ sit, qualiter sententia sit formanda, & à iudice ferenda, quæ cum ex iam dictis satis aperte colligatur, ulterius non infisto. Laus Deo.

S V M M A E.

1. Decimandi ius in capella parochiali, quam non apparet ab episcopo de consensu capituli fuisse constitutum: cum certa, & distincta parochia, & cum expressa, & specifica concessione decimarum illius parochie, in dubio ad ecclesiam plebis, & matricem tanquam antiquiorem spectat.
2. Capella, seu ecclesia parochialis de nouo cum præiudicio antiquarū ecclesiarum, maxime quod ad decimas, fundari non debet.
3. Ecclesie plebis decimæ in parochia concessa capella existenti in plebanatu iuxta consuetudinem debentur.
4. Consuetudo est optima legum interpres in materia decimarum.
5. Portiones seu partis appellatione in dubio uenit dimidia, nisi ex alijs contrarium colligatur.
6. Ecclesia plebis, in qua sacramentū baptismi percipitur, pars decimarum

rum personalium, & magis predialium secundum consuetudinem debetur in ecclesia, seu capella parochiali, in qua alia sacramenta ministrantur.

- 7 Decimas personales magis, quam prediales debentur ecclesie parochiali, & prediales magis ecclesie matri, quam parochiali, vel saltem pariter debentur.
- 8 Decimas in uno, eodemque loco posse diversis ecclesiis diversis respectibus, & rationibus deberi, non est inconueniens.
- 9 Decima uni ecclesie de certis fructibus tantum, & alteri de reliquis deberi possunt.
- 10 Interdictum uti possidetis, & retinenda contra quos datur.
- 11 Et quis in eo debeat obtinere, & ut obtineat, quid requiratur. num. 13.
- 12 Possessio, vel quasi debet iustificari per eum, qui iuris communis presumptionem contra se habet, alias in possessorio recuperanda, vel retinenda non obtinebit adversus illum, qui pro se habet ius commune.
- 14 Possessio acquisita etiam ex unico actu, & recenti sufficit in interdicto uti possidetis, dummodo ea non sit vitiosa, nec iniusta ab adversario.
- 15 Iniuriam, & molestiam, seu turbationem non infert, qui sua possessione, vel quasi iusta, vel etiam iniusta, sed causam a tertio habente utitur.
- 16 Iniuriam non facit, qui ius prætendit habere.
- 17 Ordinarius in cognitione cause iam coram eo prius inchoata, non potest postea per alium impediri.
- 18 Inhibicio quando cum cause cognitione, & parte citata fieri debeat, alias sit nulla.
- 19 Et quando absque cause cognitione fieri possit.
- 20 Possessionis bonae fidei commodum est fructus lucrari.

EPITOME.

DECIMAS pro certa parte consuetæ debentur ecclesie plebis, & baptismali etiam in parochia ecclesie, seu capellæ, ad quam cura animarum, & divina celebrandi, ac sacramenta ministrandi spectat, ostenditur.

CONSILIVM XX.

Isis, ac diligenter consideratis scripturis, & attestationibus utriusque partis, in quibus tota vis huius causæ consistit, omnis superfluis disputationibus, solum super quatuor principaliter insulam, quibus breuiter discussis, de optimo iure ecclesie plebis sancti Petri, & consequenter domini Raphaelis illius Archipresbyteri constabit. Primum est, an ius decimandi saltem pro certa parte possit competere ecclesie plebis sancti Petri in parochia ecclesie parochialis sancti Christophori, ad quam spectat cura animarum, & celebrandi divina, ac ministrandi sacramenta. Secundo, posito, quod ius decimandi spectet ad utramque ecclesiam pro certa portione, & secundum quod consuetum fuit, & dicta ecclesia sancti Petri, vel eius archipresbyter illius nomine decimas pro parte sua exegerit, & contra exactores illarum egerit coram aliquo iudice, puta coram uicario epi, quantum est pro sua parte, an dicatur inquietare, seu molestare dictam ecclesiam S. Christophori, in sua quasi possessione iuris percipiendi decimas; & an ob hoc ei dicatur aliquam iniuriam inferre, & consequenter an vigore talis iniuriæ, & molestationis conservator fratrum dictæ ecclesie S. Christophori potuerit inhibere iudici, seu uicario episcopi, ut non procederet, nec cognosceret, nec super exactione decimarum exactores illarum molestaret, & mandare sub penis, & censuris omnibus hominibus, quatenus ad solutionem decimarum, ut pro aliqua parte non soluerent prædictæ ecclesie plebis S. Petri. Tertio posito, quod potuerit inhibere, an talis inhibicio facta per dictum dominum conservatorem fuerit, & sit ualida, & de iure teneatur. Quarto, an præfatus dominus Archipresbyter dictæ ecclesie plebis S. Petri teneatur, & co-

gi, seu condemnari possit ad soluendum quadraginta statera grani, & libras mille lini, quæ, & quas ab eo contentus ecclesie S. Christophori petit, propterea, quod dictus dominus archipresbyter illa, & illas pro parte sua decimarum in dicta parochia exegit. ¶ Redeo ad primum, in quo omnis allegationibus hinc inde, concludo, quod in casu nostro ecclesie Plebis S. Petri de iure potest habere ius decimandi in dicta parochia, etiam si illa sit parochia distincta à parochia ecclesie plebis, & iuste saltem pro parte potuit exigere prediales decimas in parochia capellæ, seu ecclesie parochialis. ¶ Nam quoties sumus in dubio, quæ ecclesia sit antiquior, videlicet, an ecclesia plebis, an capella parochialis, nec apparet, an de consensu capituli episcopus capellæ parochiam constituerit, nec quod specificè ecclesie, & capellæ parochiali concesserit, & deputaverit decimas illius parochie constitutæ, tunc de iure ius decimandi in illa parochia assignata capelle spectat ad ecclesiam matri, & ad ecclesiam plebis, & non ad capellam, ita uoluit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de decimis. in addit. incip. unica, in princ. illius tituli: Et ratio est, quia capella, seu ecclesia parochialis non debet de nouo fundari cum præiudicio antiquarum ecclesiarum, & maxime decimarum: Et ideo cum ecclesia plebis communiter sit antiquior, & territorium, seu parochia capellæ esset antiquitas de parochia plebis, non debet ecclesia plebis antiqua priuari decimis predialibus propter constructionem capellæ: satis. n. est, si capella habeat oblationes, mortuaria, & decimas personales, quæ intuitu diuinorum, & sacramentorum debentur. c. ad apostolicam. de decimis. c. fi. de parochiis. Et absque dubio hoc verum, quando non constaret, quod per epi, & capitulum esset capella assignata, seu constituta certa, & distincta parochia, quoniam cum adhuc ecclesia plebis diceretur habere suam parochiam, integraliter ipsi deberentur decimæ in sua parochia, ut traditur per Inno. in d. c. ad apostolicam. & per Hostien. post glo. in c. cum contingat. de decimis. solum. n. Doct. dubium faciunt, quando capellæ, quæ est in plebanatu, fuit constituta, & assignata certa, & distincta parochia, an debeatur decimæ illius parochie capellæ, an uero plebi: ergo quando non apparet, quod parochia esset constituta, & assignata capellæ, decimæ deberentur plebi, & non capelle, quia eo casu non debentur decimæ capellæ, sed ecclesie matri, & plebi, ut in dictis locis. & not. in c. statumimus. & in c. quicunque. 16. q. 1. Et in casu prædicto si constaret de consuetudine, ut quæ ecclesia plebis consuetæ esset exigere decimas in parochia concessa capellæ, tunc iuxta consuetudinem decimæ ecclesie plebis deberent, ita uoluit Io. And. in d. addit. & Abb. & sequuntur omnes scriben. in d. c. cum contingat. de decimis. facit tex. in c. fi. de paroch. Nam consuetudo est optima legum interpret in hac materia decimarum. c. cū dilectus. de consuet. & in d. c. ad apostolicam. ibi: Abb. sed per testes utriusque partis probatum fuit, quod à xx. xxx. & xl. annis, & à tanto etiam tempore, de cuius initio non extat memoria hominum per aliquos testes, ecclesia plebis, eiusque archipresbyteri exegerunt usque ad hæc tempora decimas in dicta parochia ecclesie S. Christophori pro certa parte, & consequenter pro dimidia, quia portio, seu partis appellatione in dubio dimidia uenit. l. nomē. §. portio. ff. de verb. sig. not. in l. recte. §. quod quinquatus. eo. tit. et in materia decimarum, ut no. in c. 2. in §. 1. i. verb. medietatē. de decim. 16. uel melius saltem dicta testium prefatorum intelligi, & interpretari debet de certa parte, hoc est de consuetæ, nā consuetudo est optima interpret, & maxime in materia decimarum, ut supra. Itaque aliqui testes intelligunt de portione decimarum fin-

listas consuetas officialiū, & hoīum loci, ergo de illa
 portione cōsuetā debet intelligi, quia verbū portio,
 non semp̄ comprehendit dimidiā, & hoc qñ ex alijs
 uerbis apparere, seu colligi possit, qñ nō intelligat de
 6 dimidia, ut in d.l. nomē. §. portionis. Sed qñ in ec-
 clesia plebis percipiūt sacra baptismi, & in ecclā, seu
 cappella parochiali ministrant alia sacra, tunc ēt de
 decimis psonalib. debere pars ecclesie plebis, & sic
 dimidia iuxta prædicta, quia cū baptismus sit ianuā o-
 mnium sacramentorū. c. 1. & c. si. de presb. non bapt. &
 sit nobilior alijs sacris, rōne illius ecclesia plebis dēt
 habere partē decimarū personalīū, & sic dimidiā, si
 non extet aliqua cōsuetudo, quæ si extaret, debet ha-
 bere partē cōsuetā, quia in hoc standū est cōsuetu-
 dini, ita inquit notabiliter Abb. in d.c. cū cōtingat. ex
 mēte Io. And. in addit. ad Spec. tit. de decim. in d. ad
 dit. incip. unica. Et facit, quod uoluit Inn. ibiq; Abb. i.
 c. de his. de sepult. cū si. supra alleg. ergo à fortiori rō-
 ne sacri baptismi ipsa ecclesia plebis debet habere
 7 partē decimarū prædialīū, quia magis debent deci-
 mæ personales ecclesie parochiali, cū debeant rōne
 diuinorū, & sacramentorū, ut in d. c. ad Apostolicā.
 & in d. c. si. de paroch. & c. quæsti. 16. q. 1. iun. gl. q. præ-
 diales, quæ debentur magis ecclesie matri, q̄ parro-
 chiali, vel saltem pariter ita debent possunt, ut colligi-
 tur ex his, quæ uoluit Inn. in d. c. ad Apostolicā. qui di-
 cit prædiales decimas pertinere ad ecclesiā baptismā-
 lem, & sic ad plebem, & h̄ per eundem in c. nouū ge-
 nus. de decim. rōne ergo sacri baptismi, quod cōfert
 ecclesia plebis S. Petri, habere debet partē decima-
 rū prædialīū saltē iuxta cōsuetudinem, per ea, quæ uo-
 8 luit Abb. in d. c. cum contingat. Nec est incōueniē-
 s, qñ in uno, & eodē loco decima possint diuersis ecclē-
 sijs diuersis respectibus, vel ex diuersis rōnib; deberi,
 vni uidelicet pp̄ diuinā, & sacra altaris, alij autē rōne sa-
 cramenti baptismi, item uni pro una parte, alteri pro
 certa alia parte, ut colligitur ex uerbis Abb. post Host.
 & Io. And. in c. cum in tua. circa fin. de decim. non in-
 conuenit ēt, q̄ ecclesia parochialis de certis fructib;
 ut de grano, & de lino solum certā partem decimarū,
 & de alijs fructibus integrē decimā capiat, & aliam
 partem grani, & lini capiat alia ecclesia, puta ecclesia
 plebis, nam quis in certo loco decima prædialis non
 possit de certis fructibus tñ deberi, quia de omnibus
 rebus debet ecclesia decimas prædiales habere, cum
 9 una, & eadē res non debeat diuerso iure censi. ¶ Ta-
 men hoc est uerum, nisi quis solitus esset habere deci-
 mam tñ de certis fructibus, & alijs de reliquis fructi-
 bus, ut uoluit Abb. in d. c. cū in tua. ubi hoc declarat,
 quod optimē facit ad propositum nostrū, quia, ut ex
 dictis testib; manifestē apparet, ecclesia plebis S. Petri
 solita fuit habere decimas certorum fructū, seu par-
 tem illorū, hoc est grani, & lini & non aliorū fructū,
 & per testes ēt probat, q̄ ecclesia parochialis S. Chri-
 stophori semp̄ habuit ius percipiendi, & percipit om-
 nes decimas dicti loci, & parochiæ, ergo sequitur, q̄
 ad ecclesiā plebis solum spectat ius colligendi deci-
 mas in dicta parochia grani, & lini, & non aliorū fru-
 ctū, si uerū sit, q̄ decima aliorū fructū fuerit solita
 percipi ab ecclesia S. Christophori: sin autē ecclesia S.
 Christophori non fuerit solita percipere decimā alio-
 rum fructū, & esset exigenda decima de alijs fructi-
 bus ultra grani, & lini, certē ita ecclesie plebis S. Pe-
 tri deberetur sua portio, sicut ecclesie S. Christopho-
 ri, ut expressē nult Abb. in d. c. cū i tua. quod est ualde
 notandum. ¶ Tercio in hoc iudicio coram D. Vicario
 Ariminen. conseruatore electo uidet intētū reme-
 10 diū retinēdæ, & sic interdictū uti possidetis, quod
 datur contra turbantes, inquietātes, & molestātes ali-
 quem in sua possē. uel quasi, ut in c. licet cām. & ibi

Abb. Ant. de But. & communiter canonistæ. de prob.
 & per Abb. in c. pastoralis. & in c. cum dilectus. de cau-
 pos. & prop. gl. in l. i. in prin. & in §. retinēdæ. & ibi per
 Bar. & latius in §. interdictum. ff. uti poss. & hic agitur
 contra Do. Raphaelē archipresbyterum dictæ ec-
 clesie plebis, ut q̄ turbantem, inquietantem, & mole-
 stantem frēs, & eorū exactores decimarum in iure,
 & quasi possessione decimandi in dicta parochia, ut
 in petitione dictorum fratrum, & in alijs scripturis per
 11 eorū procuratorē productis continetur. Et in hoc iu-
 dicio possessorij retinēdæ ille debet obtinere, qui me-
 lius probat de sua possē. uel quasi, & de antiquo
 ri. c. cum ecclesia. de elect. & si pares sint probationes
 possessionis, & tituli, tunc pronuntiandum est utran-
 que partem possidere pro dimidia, & pro indiuiso, ut
 uoluit Bar. qui bonis rōnibus mouetur, in l. si duo. ff.
 uti poss. & hoc clarē ēt sequitur. Vincent. ut refert, &
 sequitur Abb. in d. c. licet cām. in pen. col. dicens esse
 ex mente Bar. in d. l. si duo. q̄ iudex ēt tunc potest di-
 uidere, & cuilibet partem pro diuiso assignare, ergo
 sequitur, q̄ à fortiori hoc erit dicendum, qñ utraq;
 pars pariter probat se possē. sed pro parte diuisa,
 uel in diuisa, qñ iudex debet pronuciare, ut possi-
 detis, ita possideatis, & sic pro parte, secundum quod
 fuit probatum, quia si pronunciatur, ut quisq; pro par-
 te possideat, qñ utraq; pars pariter probat de possē-
 sione simplr, nec appareat pro qua parte, ergo magis
 ita pronuntiandum erit, qñ qualibet pars probat se
 possē. pro certa parte diuisa, uel indiuisa, qñ in
 incertis, & non in certis locis est coniecturis. l. conti-
 nuus. §. i. ff. de uerb. obl. & ita in terminis uoluit Bar.
 propriē loquens in his incorporalibus. in l. si in fi. uer-
 bis. per illum tex. ff. uti poss. Sed in casu nostro utraq;
 pars per suos testes probauit se pro certa parte possi-
 dere, uel quasi ius percipiendi decimas grani, & lini
 in dicta parochia, quia testes producti pro parte dicte
 plebis, & clarius testes producti pro parte ecclē. S. Chri-
 stoph. probant, ecclesiā plebis pro parte percipisse de-
 cimas in d. parochia, & pro certa parte probant ecclē.
 S. Christopho. percipisse ēt dictas decimas in d. parro-
 chia per plures, & infinitos annos, & utraq; ecclesiā
 percipisse pro parte dictas decimas, & per tñ tps, de
 cuius initio memoria hominū non extat, ergo iudex
 nō poterit pronuciare, nisi q̄ ius decimandi, seu qua-
 si possē. iuris decimandi ad utraq; ecclē. pro parte
 consueta spectet, atq; pertineat, quia sic probatū fuit.
 12 ¶ Quarto ubi cūq; duo litigant super quasi possē-
 sione decimarum, & unus est, cui de iure cōi debeant
 tur, qualis est ecc. paroch. & alius est, cui nō debeant
 de iure cōi, ut quia essēt canonici alicuius ecclē. si illi,
 qui habent præsumptionē iuris cōis contra se, nō di-
 monstrant, neq; probent iustā cām suā quasi possē-
 sionis, excludunt, & succumbunt, ēt si ut spoliati age-
 rent, ut an oīa restituerent: si uerō iustā cām possē. sio-
 nis monstrēt, obtinere debēt cōtra Rectōrē parro-
 chianū, cui de iure cōi decimæ debent, & iustā cā pos-
 sio. est probare cōpositionē, & quentionē factam esse
 inter eos, uel p̄scriptionē ēt absq; titulo legitimo, dū
 modo sit p̄scriptio tanti tps, de cuius initio nō extet
 memoria. c. 2. & ibi gl. in uerb. ostendatur. in fi. & Dom.
 in 1. col. de resti. spo. in 6. iuncto c. 1. de præferi. eo. lib.
 Posito itaq; q̄ de iure cōi ecclē. parochiali, & non ba-
 ptisimali. debeantur decimæ prædiales, tñ ex quo in
 casu nostro probatum fuit, q̄ ex cōnentione, & cō-
 positione inter dictas ecclē. facta ecclesia plebis S. Pe-
 tri percipit decimas: itē & ante cōpositionem, & cō-
 uentionē per tñ tps, de cuius initio non extat memo-
 ria, sequitur, q̄ dicta ecclesia plebis debet obtinere
 contra ecclesiā S. Christophori parochialem, quia
 possē. uel quasi dictæ ecclesie plebis iustificat ex
 c conuen-

conuentione facta, ac etiā ex præscriptione tēporis, de cuius initio nō extat memoria per prædictā. Præterea ecclesiæ plebis ita debere possunt de iure cōi decimæ parrochiæ, sicut ecclesiæ parrochiali, quamuis qñq; uni magis, q̄ alteri, secundū quod supradictū fuit; ergo ad hoc, ut ecclesiā plebis obtineat, sufficit, q̄ probet se quasi possēdisse per tantū tēpus, per quantū possedit ecclesiā parrochialis. Et hoc maximē uerum est, qm̄ posito, q̄ possessio dictæ ecclesiæ plebis non esset ita antiqua, sicut quasi possessio ecclesiæ parrochialis, adhuc dico ultra prædictā, q̄ ecclesiā plebis deberet obtinere, quantū est pro parte suā quasi possessionis, de qua fuit probatū, nā ex quo probatum est, ut ex dictis testib; apparet, q̄ dicta ecclesiā plebis possedit ius decimandi per 30. annos à die cuiusdā conuentionis factæ inter dictas ecclesias, quā conuentionē probant testes utriusq; partis, & maximē testes conuentus, sequitur, q̄ dicta ecclesiā plebis non dicitur à dicta ecclesiā S. Christophori possidere ui, clā, uel precario, & sic iniuste, ex quibus inferitur, q̄ ecclesiā sancti Christophori non poterit obtinere in hoc iudicio possessorio retinendā q̄ dictam ecclesiā plebis, uel eius archiepiscopatū, quia t̄ ad hoc, ut quis in interdicto uti possideris possit obtinere, requiritur, q̄ ille, q̄ quem agit, ab eo possideat iniuste, ui, clam, uel precario, secus si ab eo possideret iuste, uel ab alio etiā iniuste ui, clam, uel precario, ueluti hoc probatur in l. 1. in princ. iuncto S. n. cum l. seq. & ibi Bar. ff. uti possid. per

14 Abba. & alios per illum tex. in d. c. licet causam: & t̄ in interdicto uti possideris sufficit, q̄ probetur possessio acquisita etiam ex unico actu, & recenti, dūmodo nō sit uitiōsa, & iniusta ab aduersario, ut est de mente Ant. de But. in c. cum ecclesia. ibiq; Abb. in 6. col. de caus. poss. & proprietat. ¶ Et ex prædictis, ac et̄ ex alijs, quæ possent adduci, inferri pōt ad secundū dubium, q̄ dictus archiepiscopus exigendo decimas in dicta parrochia pro parte consueta, & sibi t̄gēre, & exactores decimarum coram iudice super parte sua conueniendo non dicitur molestare, nec inquietare dictā ecclesiā S. Christophori, nec fratres illius, nec etiā iniuriā aliquā inferre, t̄ qm̄ ex quo archiepiscopus uti sua quasi possessione iusta, ut supra probatū est, & ex quo utitur iure suo, non dicitur inferre molestiā, nec iniuriā, quia iniuria dicitur, quod iure non fit, ut in princ. insti. de iniur. & l. 1. in prin. ff. eod. Item ille, qui utitur sua possessione iusta, uel etiam iniusta, quæ habet causam à tertio, non dicitur inferre molestiā, nec turbare, nec inquietare. Quod patet, quia q̄ cum non potest quis agere in interdicto uti possideris, nisi ab eo possideret iniuste, ui, clam, uel precario, ut in d. l. 1. in h. cū l. seq. & ibi Bart. ff. uti possid. nam si ille, qui uti sua possessione iusta, uel iniusta, quam habet ab alio, diceretur molestare, & inquietare, contra eum posset agi remedio uti possideris, quod datur, ut quis cesset à molestationibus, & propter molestaciones illatas, ut supra, & tamen non datur, ut dictum est: itē qui iure suo, seu quasi possessione utitur, nemini facit iniuriā. c. cum ecclesia Vulterrana. de elect. ubi Abb.

15 in 5. not. dicit etiam, quod t̄ ex quo quis prætendit ius habere, non dicitur facere iniuriā, ex quo utitur iure suo non in dedecus alterius, nec animo iniuriandi, quod in dubio nō præsumitur. l. merito. ff. pro socio. Itē qui cōtendit in iudicio actione ordinaria, non d̄ uim facere, nec qui q̄ dicit in iudicio super sua quasi possessione incorporalium, d̄ molestiam, seu iniuriā inferre, sed suam quasi possessionē retinere. d. c. cum ecclesia, & ibi Io. de Imo. & dicit Do. in c. 2. in 1. col. de resti. spol. in 6. quod qui suam possessionē, uel quasi cōtinuat, nō spoliat, nec aliū molestat. c. olim. & c. cū uenissent. extra de resti. spol. Ex quibus etiam

inferitur, q̄ archiepiscopus agendo coram uicario ep̄i Feretrani q̄ exactores decimarū, quantū est solū pro parte ad eum spectante, & sic pro parte consueta, non dicitur iniuriā, seu molestiam aliquā intulisse ecclesiæ, & conuentui dictæ ecclesiæ sancti Christophori, & consequenter hac de causa non fuit licitum recurrere ad consensuatores, ut inhiheret, & mādaret, prout fuit inhiheritū, & mandatum; nec etiam ex eo, q̄ cā decimarū mota corā dicto uicario ep̄i Feretrani esset cā pertinet ad dictā ecclesiā, & conuentum S. Christophori, cum omnes causæ dicti conuentus, & monasteriorum fratrum heremitarum possint cognosci per consensuatores suum, ut in eorū priuilegio continetur, quia t̄ ex quo talis cā decimarum mota contra exactores, prius fuit mota, & cepta coram ordinario loci, consensuator nō potuit se in ea intromittere, nec ordinariū impedire in cognitione causæ iā inchoatæ corā eo, ut colligitur ex tex. cū ibi not. per scribentes, de offi. ord. in c. studuisti. Et si in casu nostro consensuator inhiherit uicario, tanquam ipse uicarius non sit iudex cōpetens, & ad eū nō spectet cognitio causæ motæ q̄ exactores decimarū, certē nō potuit inhiherere, q̄ uicarius ep̄i Feretrani erat iudex cōpetens, & loci ordinarius, q̄ habebat generalē iurisdictionē in illo loco, & potuit cognoscere de illa cā, quia præuenit ipsum consensuatorē, & idē consensuator nō potuit illi impedire. d. c. studuisti. & ibi Doct. Præterea consensuator dicitur esse iudex dicti conuentus in causis motis dis p̄ ipsos fratres q̄ alias, & sic qm̄ ipsi essent actores, ut in dicto suo priuilegio, ergo nō debet hoc trahi ad causam, qm̄ alius ageret contra ipsos fratres, uel alias suas personas. arg. eorū, quæ notabiliter uoluit Do. de S. Gem. in c. ad decimas. in 1. col. de resti. spol. in 6. si uerō inhiherit consensuator alio respectu, uidelicet, q̄ dictus archiepiscopus agendo contra dictos exactores decimarū coram dicto uicario uidetur quodāmodo molestare, & inferre iniuriā dicto conuentui, & fratribus mediāte p̄sona exactoris, & quia ipsi fratres prætendebant ad se dictas decimas spectare, & tunc similiter dico nō potuisse inhiherere, quoniam ex quo archiepiscopus agebat solū pro parte decimarū de iure ad eum spectante, nō dicebat aliquā iniuriā, nec molestiā inferre, ut supra dictū fuit, ergo pp̄ hoc et̄ nō debuit inhiherere: uel t̄ saltē anteq̄ inhiheret, debebat par t̄ aduersam citare, ex quo poterat allegari aliquā rō, pp̄ quā non deberet fieri inhiheritio, & propterea inhiheritio debuit fieri cū causā cognitione, & sic parte citata. c. licet episcopus. cū ibi not. de præb. in 6. l. in causa. S. cā cognita. ff. de minorib. & faciunt ea, quæ statim dicā in sequenti dubio: in quo uidetur cōcludendum esse, q̄ talis inhiheritio non sit ualida, sed nulla, ac nullum potuerit operari effectū, qm̄ ad hoc, ut inhiheritio operetur, requiritur, quod fuerit facta parte citata, & causā cognita, ut dictum est, & probatur in c. romana. S. si uerō cū S. seq. de appell. in 6. ubi iudex inhiherere non pōt, nisi sibi constiterit & c. constare autem dicitur, si pars fuerit citata. l. fin. C. si per uim, uel alio modo. l. in causa. S. cā cognita. ff. de minorib. Inn. in c. dudum. de præsumpt. gl. magna. in clem. 1. de offi. deleg. & ita sequit̄ Domi. in d. S. si uerō. & ita tenet cōmuniter Doct. quod inhiheritio ualidē fieri non possit ad instantiā partis, nisi aduersarius citetur, ut per Io. de Imol. & Abb. in c. debitores. de iureiuran. Ioan. de Imol. in l. 4. S. condemnatum. & ibi Alex. in 9. col. de re iudic. & in l. Titia. in fi. ff. sol. matr. ubi attestatur illam esse communē opinionem, quā etiam latē prosequitur Rodolphus in tract. de usuris. in q. 13. 1. ¶ Nō obstant. not. p̄ Ant. de Butr. & Io. de Imo. in c. tuā. de ordi. cognit. p̄ illum tex. qui uolunt, q̄ iudex ecclesiasticus pōt mittere inhiheritōi iudici principalis causæ abique

absq; citatione, & causâ cognitione pp litis pendentiâ super incidenti, & pendere dñs statim, quo mota fuit, & sic p citationē partis, clem. fin. vltite pendentiâ multipliciter pōt respōderi. Primo, q̄ illud est. verū, qñ corā iudice ecclesiastico penderet q̄stio incidens, nā pp litis pendentiâ super incidenti pōt inhibere iudici principalis cāe absq; causâ cognitione, sed in casu nostro corā conseruatore nō pendebat lis aliqua super incidenti respectu causâ motâ corā vicario ep̄l. Feretranī, quoniam cā, quâ mota fuit corā cōseruatore, erat alia cā principalis separata, & noua à causâ motâ corā vicario, nec ab illa dependebat, quia corā vicario agebatur q̄ quēdam Bartolū exactorē decimarū, vt solueret partē solitā decimarū dicto do. Raphaeli, ac corā do. conseruatore agebatur super molestationib. & turbationib. inter aliās psonas, uidelicet inter fratres, & dictū do. Raphaelē, seu et dictum do. uicariū, & aliās psonas de parrochia dicte ecclesie S. Christophori, itē corā do. pseruatore agebatur pro parte fratru q̄ dictū do. Raphaelē super starijs 40. grani, & mille libris lini, ergo nō pōt dici q̄ propter litis pendentiâ sup incidentib. causâ principalis iudex, hoc est do. conseruator potuerit absq; causâ cognitione inhibere. Præterea Io. de Imo. & do. Ant. in d. c. tuā. loquuntur, qñ de cā incidenti iudex causâ principalis non poterat cognoscere, quia erat iudex secularis, & cā erat ecclesiastica, seu spiritualis, de qua solū iudex ecclesiasticus cognoscere poterat, iuxta clem. dispē diolam. de iudic. sed in casu nro do. uicarius, cui fuit inhibitiū, erat iudex cōpetens, & poterat cognoscere de causâ, propter quā facta fuit inhibitiō, sicut do. cōseruator, itē cā nō erat incidens, sed principalis, & separata à causâ quâ pēdebat corā do. uicario, ergo dicta do. Ant. & Io. de Imol. non obstant, quia loquuntur in alio casu diuerso, & pñr dicendū est, inhibitiōnē factā per do. conseruatorē nō ualere, & reuocandā esse. ¶ Quoad ultimū dubiū concludo, dictū do. Raphaelē nō teneri, nec posse cogi ad solutionem dictæ quantitatis grani, & lini percepti ab eo pro decimis, seu pro parte decimarū ad ipsum spectatē, ex quo de iure dicta pars decimarū ad ipsum spectabat rōne iuris, & suæ quasi possessionis percipiendi decimas, qñ

20 q̄comodū possessionis bonæ fidei est fructus lucrari. l. bonæ fidei. ff. de acqui. re. domi. & Bar. in l. i. ff. de acqu. posses. cum simi. Præterea petitum fuit ipsum do. Raphaelē cogendū esse ad restitutionē dictæ quantitatis grani, & lini, sed probatum non fuit, ipsum illā habuisse, nec ipsum ad illā restituendā teneri: quoniam ex testib. tam dicti do. Raphaelis, quā dictorū fratru probatum fuit, q̄ ipse habuit ius percipiendi, & semper fuit in quasi possessione percipiendi decimas pro certa parte, ergo sequitur q̄ dictus do. Raphael est ab soluendus à petitione dictorum fratrum, quia actore non probante intentionē suā, reus, et si nihil ipse probauerit, est absolvendus. l. qui accusare. C. de adē. c. fin. de iur. iur. multo magis ergo, si actor non probauit intentionem suam, & reus per suos, & actoris testes contra intentionem actoris probauerit. Ex quibus omnibus apparet, q̄ partes dominorum iudicantium in presenti causa, sunt, & esse debent in iudicando ad fauorem dom. Raphaelis, & contra dictos fratres agentes. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Decima ante concilium Lateranense poterant ab ecclesia ex iusta causa laicis in feudum concedi, & in eos perpetuo transferri, ut eas absque peccato detinerent, & naturaliter possiderent, secus post dictum concilium. num. 3. & 5.
- 2 Feudatarij naturaliter tantum possident.
- 3 Papa solus per suū privilegium spiritualia etiam laicis cōcedere, & hodie decimas laicis concedere, & in feudum dare potest.

- 5 Decimarum fructus hodie post Concilium Lateran. ab Episcopo, & alio inferiori non possunt laico perpetuo, uel ad longum tempus concedi, sed solum ad modicum tempus, & ad tempus uitæ suæ.
- 6 Concessio ad uitam alicuius hominis strictè loquendo dicitur perpetua, sed potius temporalis.
- 7 Decimarum fructus quō laico ad tempus uitæ suæ concedi possint.
- 8 Decimandi ius tanquam quid spirituale etiam ad modicum tempus laico non potest concedi.
- 9 Decima ex iusta cā ante Concilium Lateran. ab Episcopo, & ecclesia laicis concessa hodie post dictum Concilium non possunt ab Episcopo, uel laico vasallo alteri laico et cum consensu Episcopi in feudum concedi, seu in emphyteosim, uel aliter ad longum tempus, & perpetuo locari.
- 10 Quid si alteri ecclesia concederetur.
- 11 Decimarum, illasq; colligendi iuris laicus est incapax.
- 12 Decima ante Concilium Later. laicis in feudum concedi solita si ex aliqua causa ad ecclesiam, cuius erant, deuoluuntur, & reuertantur, non possunt postea ab Episcopo, seu Prælato ecclesie, et cum consensu superioris alteri laico in feudum, seu aliter ad longum tempus concedi.
- 13 Et si concederetur, nullum ius ex tali concessione in laicum transferretur.
- 14 Decima in feudum à laico habitæ, & detentæ in dubio censentur, & presumuntur concessæ post Concilium Later. & per ecclesiā uendicari possunt, nisi laicus contrarium probauerit.
- 15 Et quando ante Concilium prædictum præsumi debeant concessæ, & laicus contra ecclesiam obtinere possit.
- 16 Decentatio simplex etiam per tempus immemorabile nō habet uim tituli in laicis, quō ad ea, quorum laici sui natura, & regulariter sunt incapaces.
- 17 Titulus simoniacus est à canone reprobatus, nullūq; ius transfert.
- 18 Decima etiam ante Concilium Lateran. in feudum laico concessa non possunt per alium laicum præscribi, præsertim contra ecclesiam, ad quam essent de iure deuolutæ.
- 19 Præscribi non potest prohibitum alienari, prohibitione habente causam prohibitionis perpetuā, et titulū, ac possessionē inficiet.
- 20 Præscriptio sine possessione non procedit.
- 21 Nec cum mala fide, seu possessione iniusta.
- 22 Mala fides, & possessio iniusta in casu, quo canon alienationem, & prescriptionem prohibet, non excusatur propter errorem iuris, & consensum, ac auctoritatem Episcopi.
- 23 Ius patronatus à laico non contra ecclesiam, sed contra laicum patronum præscribi potest, & quare. nu. 24. Et an id sit uerum. nu. 26.
- 24 Decima an à laico contra laicū, cui illas habere de iure permixtum esset, ita præscribi ualeant, sicut præscribitur ius patronatus.
- 25 Ius patronatus potest à laico de nouo acquiri, & de laico in laicū cum consensu patroni transferri, dummodo labes simoniaca absit.
- 27 Privilegium, & prescriptio etiam quō ad spiritualia à pari procedunt, idemq; operantur.
- 28 Et quando id procedat.
- 29 Præscribere potest etiam naturaliter tantum possidens.
- 30 Res alienas detinens etiam nullam possidendi causam iustam habens non cogitur illas uendicanti restituere, nisi uendicans contra eum suam fundauerit intentionem.
- 31 Concessio alicuius rei, uel iuris in tali loco et per uerba generalia, & uniuersalia facta non extenditur, nisi ad id, quod concedens in eo loco habebat, & nisi de iure concedētis appareat, nihil operatur etiam quō ad acquisitionem possessionis, & prescriptionem, maxime nulla certi loci traditione facta.
- 32 Verbum, quadam, non est uerbum uniuersale, sed particulare, designans potius partem, quā totum.

E P I T O M E.

DECIMAE an, quando, & quō laicis concedi, & ab illis præscribi potuerint, & possint, hic plenè agitur.

C O N S I L I U M XXI.

IN presenti consultatione, prætermisso ordine aliās à me in consulendo obseruari solito, & omisiss pluribus, quæ sermone satis longo, & forte longiori, quàm necessarium foret, scripserunt, & cumulauerunt

c 2 Docto.